Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Calcea domine pedes meos in ꝓparationem euangelii pacis, et ptege me in velamẽto alarum tuarum. Deinde Prepositus se exuat et dicat.

Exue me domine veterẽ hominem cũ moribus et actibus suis, et induе me nouũ hominẽ, q̃ secundũ deum creatus est in iustitiꝫ et sc̃itate veritatis. Ad lotiõẽ Manuꝫ

Da domine virtutem manibus meis ad abstergendam omnẽ maculam immundam, ut sine pollutiõe mentis et corporis valeã tibi seruire. Ad Humerale.

Pone dñe galeam salutis in capite meo ad expugnandas oẽs diabolicas fraudes inimicorũ omnium versutias superando. Ad Albam

Dealba me domine, et à delicto meo munda me, ut cum his, q̃ stolas suas dealbauerunt in sanguine agni, gaudiis perfruar sẽpiternis. Ad Cingulum.

Precinge me dñe cingulo fidei, et virtute castitatis lumbos meos, et extingue in eis humorẽ libidinis, ut maneat in me vigor totius castitatis.